

Bernhard Münster von Joachim Lussow

Disputatio Iuridica De Testamentis Ordinandis,

Rostochi[i]: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731523202>

Druck Freier  Zugang



Erstellung von Testamenten

B. v. Münster (J. Lüssow) ^{Vert.}

RU. in 1627.

29. 750
Disputatio Juridica
De
TESTAMENTIS
ORDINANDIS,

Quam

D. O. M. A.

Authoritate & Consensu Magnifici &
Amplissimi Jctorum Ordinis in flo-
rentissimâ Academiâ Rhodopolitanâ,

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi & Consultissimi VIRI

DN. BERNHARDI von Münsters/

J. U. D. Excellentissimi, adfinis,

fautoris & Præceptoris sui
honorandi,

Publicè ventilandam proponit

JOACHIMUS Lüchow / Rostoch.

ad diem 28. Mensis Julij.

ROSTOCHI

Literis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typ.

Anno M DC XXVII.



Generoso Nobilissimo & Strenuo

VIRO

DN. FRANCISCO

JOACHIMO von Boswoldt/

Illustrissimorum Ducum Megapolen-

sium Capitaneo in Ribbenitz & Sahitz/

Dn. suo Mœcenati & Patrono


magno,

Exercitium hac legale, in debita obser-
vantia signum

Offert & dedicat

JOACHIMUS Eussow.





THESIS I.

Testamentum à Jcto Modestino definitur: quod sit voluntatis nostræ justa sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri vult *l. i. ff. qui test. fac. poss.* Sic dictum quod sit testatio mentis *in pr. Inst. de test. ordin.* quamvis à testatione, notatione nominis rectissime deducitur, mentis autem vocabulum singularis emphasis causa ad majorem ipsius rei expressionem adjectum est *Vigl. in pr. Institut. b. t. n. 4. VVes. in parat. ff. d. t. num. 3.*

2. Testamentum sic definitum Juris Civilis rectè dicitur, licet dispositionem ultimæ voluntatis ex Jure Gentium originem traxisse, negare haut possumus *Jul. Clar. in §. testamentum quest. 2. Vigl. ad §. sed predicta Inst. b. t. n. 4. VVesenb. in parat. d. t. n. 8.* Simplex enim & rudis Juris G. testandi forma, Jure Civili nonnihil est informata, approbata, & confirmata.

3. Testamentorum olim varia fuisse genera constat ex *§. i. Inst. b. t.* Hodie tamen omne testamentum vel ad publicum, vel ad privatum referri potest *Ampliss. Dn. Lindem. Præcept. & Promot. meus honorandus in Exerc. Justin. 3. tit. 10. §. 7.*

4. Publicum dicitur quod publica autoritate munitum est; & duas habet species: Una, si à testatore per libellum supplicem Principi in ejus scrinia referendum intimerur, & in Consistorio illius inter Proceres auditorij lectum vel monstratum, in ipsa scrinia per Magistrum

libellorum referatur, ut in iis usq; ad mortem testatoris
adservetur *l. omnium 19. C. de Testam.*

5. Altera est; si testator testamentum suum actis
alicujus Judicis insinuet, veluti si quis ultimum suum
elogium coram quocunq; Judice declarat, aut scripto
comprehensam offert, petens ut ad acta referatur *d. l.*
omnium 19. Bocer. part. 1. Disp. Class. 3. Disp. 2. b. 6. § 7.

6. Apud acta autem factum intelligi debet, non
modo quod fit in Judicio, sed etiam quod domi ab ægro-
to, convocato ad hoc Magistratu sive Judice & Actua-
rio publico: iisq; rogatis ut ejusmodi testamentum in
publica acta referri curent. *Vvesenb. in parat. ff. d. t. n. 10.*

7. Hujusmodi etiam testamentum, vel coram Prin-
cipe factum, vel actis Judicis insinuatam etiam sine te-
stibus subsistere putamus *per d. l. omnium. l. sancimus C. de*
Testam. Fachiu. 6. Controv. 86.

8. Privatum testamentum dicitur; quod privata
autoritate nititur, estq; aliud solenne, quod formam ci-
vilem perfectamq; habet, aliud minus solenne, cui ca-
forma deest. *Vvesenb. in parat. ff. d. t. n. 7. de quibus jam*
ordine.

9. Et primo de Solenni, quod duplex est, alterum n.
fit in Scriptis, alterum citra scripturam viva voce hære-
de nominato nuncupatur, unde Nuncupativum dicitur
l. hac consultiss. 21. C. de Testam. §. fin. Inst. de Test. ordin.

10. In scriptis fieri dicitur cum testator ultimam
suam voluntatem scripto comprehensam, suaq; subscri-
ptione firmatam, omnibus testibus simul offert, suumq;
eo scripto testamentum profitetur, rogans ut testes
omnes & singuli ei subscribant, idq; obsignent *d. l. hac*
consultissima 21. C. de Testam. §. sed cum paulatim 3. Inst. b. t.

11. Nihil

752
II. Nihil autem interest qua in materia testamen-
tum scribatur, in tabulis, an in chartis, membranisque vel
in alia materia §. *nihil autem Inst. b. t. l. 1. ff. de bonor. poss.*
secund. tab. dummodo scriptura legi possit; unde in-
tegris etiam literis, non notis (cum notæ literæ non sint
teste Paulo in l. 6. §. *fin. ff. de bonor. poss.*) scribi debet *No-*
vell. 107. c. 1. Autb. quod sine C. de Testam.

12. Nuncupativum testamentum Jure Civili fit
(ut dictum) citra scripturam viva voce testatoris, ultimâ
suâ voluntate coram septem testibus nuncupatâ vel ex
scripto dictatâ §. *fin. Inst. b. t. l. heredes 21. ff. qui test. fac.*
poss. & hoc ipso maxime differt à testamento scripto
quod secretum & mysticum est.

13. Hodie majoris fidei & cautionis gratia Nota-
rius plerumq; adhiberi solet, qui totum actum testamen-
ti conditi describat ut docet *Ampliss. Lindem. d. l. 9. 33.* &
non immerito; nam mortuis testibus, scriptura hæc
probare potest testamentum loco testium, quominus
illud una cum testibus intercidat. *Dd. in l. 2. ff. Quemadm.*
test. aper.

14. Solennitates horum testamentorum, (quæ
permagnæ esse videntur propter eorum sinceritatem)
ipsis sunt vel communes, vel unicuiq; propriæ, unde du-
plex solennitas alia communis alia propria *Bocer. d. class.*
& Disp. 9. 8.

15. Communis testamenti solennitas est, quæ per-
tinet ad omne testamentum, sive per scripturam sive per
nuncupationem ordinetur, & in tribus consistit: Con-
vocatione testium, ipsa ultimæ voluntatis testatione, &
testationis uno contextu *Bocer. d. l. 9. 9.*

16. In testium convocatione tria potissimum con-

327

sideranda veniunt 1. singulorum testium idonea conditio §. testes autem adhiberi Instit. de Test. ordin. 2. Singularis rogatio l. hac consultissima 21. in pr. C. de Testam. l. haeredes 21. §. in testamentis 2. ff. qui test. fac. poss. 3. Testium solennis numerus §. sed cum paulatim 3. & §. fin. Instit. de testam. ordin. l. si unus 12. d. l. hac consultissima C. de Testam.

17. Idonea testium conditio consistit in ipsorum testium qualitate, propter quam idonei huic rei reputantur, utpote illi cum quibus est testamenti factio §. testes autem 6. Inst. b. t. id est, si vel ipsi testamentum facere vel ex testamento alieno quid capere possunt, nam & hi testamenti factionem habere dicuntur. l. 16. in pr. & §. 1. ff. qui testam. fac. poss.

18. Conditio autem testium eo tempore quo adhibentur, cum signarent & sic testamenti conditi tempore inspicienda est l. ad testium 22. §. 1. ff. d. t. Hinc servi testimonium pro libero habiti ex liberalitate Imperatorum sustinetur §. 7. Instit. b. t. l. 1. C. de Testam. & cum testis testamenti facti tempore idoneus fuerit, nihil attingit si quid postea ei contigerit vel mors supervenerit d. l. ad testium 22. §. 1. Ampliff. Dn. Lindem. d. Exerc. 9. 26.

19. Quod autem dictum, testes adhiberi posse omnes, cum quibus testamenti factio est, sua non caret limitatione, nam non omnes hi in testamento testes esse possunt, prohibentur enim quidam naturâ quidam lege.

20. Natura vel quod non intelligant quod agunt, animi morbo, aut infirmitate ætatis impediti, ut Impubes §. 6. Inst. b. t. quia plenum animi iudicium non habet §. preterea Inst. Quibus non est permiff. fac. testam. eoq; nec testimonium ei denuntiari potest. Vvesenb. ad §. testes autem. Inst. b. t. n. 3, & Furiosus d. §. 6. l. qui testamento 20. §.

493
ne furiosus ff. qui testam. fac. poss. quia nullus ejus est intel-
lectus l. furiosi 40. ff. de R. J.

21. Vel quia sensu percipere nequeant quod geri-
tur ut surdus §. testes Inst. b. t. quia vocem testatoris non
exaudit, itaq; dare testimoniū dere gesta apud Prætozem
non potest juxta formam l. 1. ff. Quemadmod. testam. ape-
riant, & licet maxime scribere queat, tamen tenenda est
regula: Non testimoniis sed testibus esse credendum l. 3.
§. idem Divus ff. de Testib. Cæcus quia testatorem conspi-
cere non potest, quod specialiter requiritur in testamen-
tis ob maximam suspicionem fraudum quæ in illis quo-
tidie committuntur l. si non speciali 9. C. de Testam. Jul. Clar.
in §. testamentum quest. 59. n. 1.

22. Vel si perceperint & recte intellexerint, eloqui
tamen non possunt ut Mutus d. §. testes a. Inst. b. t. Mu-
tum vero talem intelligimus; qui nihil eloqui potest
(ut & surdum qui nihil exaudit) itaq; reddere testimo-
nium apud Prætozem nequit juxta l. 1. Quemadm. test. aper.
Vvesenb. ad §. testes a. n. 5. Inst. hic.

23. Lege prohibentur testes esse, quidam in totum,
quidam in eo tantum de quo agitur testamento, ob pri-
vatam causam.

24. In totum prohibentur ob statum personæ,
quia cives Romani non sunt, ut servi §. testes a. Inst. b. t. l.
qui testamento 20. §. servus 7. ff. Qui testam. fac. poss. De-
portati, testamentarij enim testes cives Romani esse de-
bent, l. hac. consultissima ibi civib. Romanis C. de Testam.
talis autem esse, deportatus desit. §. cum autem is 1. Inst.
Quib. mod. Jus patr. pot. §. minor. 2. Inst. de Cap. deminut.
& his similes.

25. Ob sexum, ut mulieres d. l. qui testamento 20. §.
mulier

224
mulior 6. ff. *Qui testament. fac. poss. §. testes a. Institut. de testament. ordin. ibid. Vigl. num. 3.* non propter Judicij infirmitatem, alias enim & aliis in causis à testimonio dicendo arcerentur, sed quia adhibitio testium ex Jure Civili veteri descendit, Jure autem illo, mulieres in calato testamento testes esse non poterant, quia committiorum commercium non habebant, neq; in eo quod in procinctu fiebat, quia militiæ capaces non erant, neq; in eo quod per æs & liberam fiebat, quia in emancipationibus tanquam sollemnibus, cives Romani masculi duntaxat, non etiam foeminae adhibebantur *Vvesenb. ad §. testes a. Inst. b. t. n. 2. & in parat. ff. qui testam. fac. poss. n. 11.* Et licet hæc ratio hodie cesset, illa tamen legis prohibitio, propter actus testandi, & imprimis subsignationes, quæ ad virile officium pertinent, in muliere remansit *Ampliss. Dn. Lindem. d. loco 6. 23.*

26. Prohibentur quoq; testes esse ob damnationem, ut qui publico judicio damnati sunt, veluti damnatus repetundarum *l. repetundarum 15. ff. de Testib. l. 6. §. 1. ff. ad L. Jul. Repet. l. qui testamento 25. §. cum qui 5. ff. Qui testam. fac. poss. itidem & reliqui omnes quos II. jubent improbos intestabilesq; esse §. testes a. Instit. b. t. ibidem Vigl. n. 13. Vvesenb. num. 10.* inter quos recensentur qui ob carnem famosum damnati sunt (quod carmen vulgo pasquillus dicitur) *l. ob carmen in pr. 21 ff. de Testib. l. is cui 18. §. 1. ff. Qui testam. fac. poss. l. lex Cornelia §. 9. ff. de Injuris & similes.*

27. Tandem lege prohibetur testis esse Prodigus, cui bonis interdictum est *l. is cui lege 18. in pr. ff. Qui testam. fac. poss. d. §. testes a. Inst. b. t. Vigl. ibid. n. 15. Vvesenb. in parat. ff. Qui test. fac. poss. n. 11.*

Sequi-

28. Sequitur jam & restat dicere de iis, qui ob pri-
vatas tantum causas testes, in eo testamento de quo agi-
tur, esse nequeunt: illudq̄ fit, vel ob potestatem inter
testatorem & testem constitutam; vel ob negotium te-
stamenti, quod cum teste geritur.

29. Ob potestatem filius testis esse nequit in testa-
mento patris, nec pater in testamento filij, si forte post
missionem filius de castrensi peculio testari velit §. *in te-
stib. a. 9. & ibidem Vigl. n. 3. VVesenb. n. 3. Inst. b. t.* Pater
enim & filius in potestate, pro una censentur persona §.
*si quis 4. in fin. Inst. de Inut. stipul. & ratio non patitur ut
idem pro seipso quasi testimonium perhibeat. l. nullus 10.
ff. de Testib.*

30. Ante missionem vero testante in castris filio-
familias ad testimonium pater admittitur, idq̄ propter
privilegium militare *l. 21. §. per contrarium 2. ff. Qui testam.
fac. poss. Borch. VVesenb. Giphon. & Dd. communiter ad §.
pater Inst. b. t.*

31. Eadem ratione prohibetur & is in testamento
filijsam. testis esse, qui in ejusdem patris potestate est *d. §.
in testib. 9. Inst. b. t.* Non tamen pater & filius itemq̄ fra-
tres in unius patris potestate constituti, in alieno testa-
mento testes esse prohibentur §. *pater 8. Inst. b. t.* quia ille
actus ad eos non pertinet.

32. Quæri hic solet de filiis emancipatis, an testes
esse possint in testamento patris vel fratris? quod nos
putamus. *arg. §. sed neq̄, Inst. b. t. ibi Vigl. n. 3.* Domestici-
cum enim testimonium dum reprobat, *in §. in testibus
Inst. b. t.* id non ex cognatione, sed patriæ potestatis vi
æstimatur, ut crudite docet *Vigl. in §. in testibus n. 8. VVe-
senb. n. 4. Amplif. Dn. Lindem. d. Exerc. 6. 31.*

B

33. Ob

33. Ob negotium testamenti (quod est heredis institutio, quæ caput & fundamentum totius testamenti dicitur & si omittitur testamentum annullatur §. ante heredes 34. Instit. de Legat. l. 30. ff. de lib. & posth.) testis esse prohibetur ipse heres institutus, ut & ejus pater in cujus est potestate, item fratres, qui sunt in ejusdem patris potestate, & filius qui in potestate heredis; quia totum hoc negotium (ut Imperator inquit) quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur hodie inter testatorem & heredem agi §. sed neq; heres 10. Inst. b. r. testis autem idoneus nemo est in propria causa l. nullus 10. ff. de Testib.

34. Quid de Legatariis & Fideicommissariis statuendum: an & hi testes esse possunt? Cum non Juris successores sint, nec eorum negotium principaliter agatur, testes, tam in Nuncupativo quum Mystico testamento, esse posse statuimus §. legatariis 11. Instit. b. r. & ibi Vigl. n. 9.

35. An is qui ad testamentum scribendum rogatus, testis in testamento esse possit? quæritur; & dicendum videtur quod non, creditur enim omnino aliud fecisse ab eo, de quo rogatus fuerit, aliud enim est testamentum scribere, aliud signare, seu sigillum adponere; sed cum expressam in jure decisionem habemus in l. Domitius 27 ff. Qui testam. fac. poss. secundum eam affirmative etiam hanc quæstionem decidimus cum Borcb. in §. pater n. 8. Inst. b. r.

35. Sequitur jam de singulari testium rogatione, ad actum enim testandi testes nominatim rogari debent, & si alterius rei gratia forte rogati fuerint, ad testandum non sunt idonei l. 21. §. in testament. 2. ff. Qui testam. fac. poss. Auth. rogati C. de Testibus, Rogatos autem

tem ita accipimus, ut licet ad aliam rem sint rogati vel collecti, si tamen ante testimonium certioerentur, ad testamentum se adhibitos, posse eos testimonium suum recte perhibere *d. l. 21. §. 2. ff. b. t.*

37. Sed à quonam tamen testis est rogandus? Putant quidam à testatore, nos autem verius putamus, nihil interesse à quo testes rogentur, vel à Notario, vel etiam alio extraneo, præsente tamen & patiente ipso testatore, lex quippe, simpliciter ut rogentur, requirit *d. Autb. rogati C. de Testib.* generaliter ergo & intelligenda *Vigl. ad §. fin. n. 8. Instit. de Testam, ordin. Julius Clar. in §. testam. quest. 58. n. 5.*

38. Tandem circa testium convocationem solennem testium numerum consideramus, non enim sufficit testes, qui in testamento adhibiti sunt, esse idoneos, nisi etiam sint secundum numerum à lege constitutum. *Jul. Clar. in d. §. quest. 56. n. 1.*

39. Et licet regulariter in quolibet actu duo testes sufficiant, juxta illud: In ore duorum aut trium &c. in testamentis tamen, in quibus sæpissime fiunt fraudes & falsitates, Jus Civile septem testes præcise desiderat, ne quid falsitatis in iis inducatur, sed perfectissima veritas reveletur *l. ult. vers. lex etenim ibiq. Gothofr. C. de Fideicommiss. §. sed cum paulatim 3. Inst. b. t. l. hac consultissima C. de Testam. l. si unus 12. C. eod. l. si testamentum 23 ff. Qui testament. fac.* Cur autem septenarius numerus præ reliquis electus, variæ Dd. opiniones: probabile maxime videtur quod ex *Dautb. de Testam. Arum.* refert, veteres peculiarem quandam vim & energiam huic numero septenario attribuisse, unde & sacer & perfectionis dicitur, qui numerus omnino huic sacre & justæ, hoc est, perfectæ

hominis ultimæ dispositioni convenire rectius legisla-
tori visus est *Arum. Exerc. Justin. 7. 9. 10.*

40. Occurrit hic primo quæstio, An etiam tem-
pore pestis, ut alio, septem testes adhibendi sint? & affir-
mativa de Jure verior, textus est in *l. casus majoris 8. C. de*
Testament. quæ concedit quidem ut aliquid de solenni-
tatibus, tempore pestis, relaxetur, sed relaxatio illa non
circa numerum, sed testium eodem tempore conventio-
nem versatur *Fach. lib. 5. Controvers. 92. Arum. d. Ex. 9. 11.*

41. Quæritur deinde, an testium numerus sit de
testamenti substantia probatoria (ut Dd. loquuntur) vel
essentiali? Prius ut verius affirmamus per *l. si unus 12. C.*
de Testam. l. fin. C. de Fideicommiss. Mynsing. in §. sed cum
paulatim 3. Inst. de Testam. ordin. Bachov. ad Treutler. disp. 10.
§. 5. lit. a part. 2.

42. Hinc etiam testium numerum statuto minui
posse putamus *arg. §. sed naturalia Instit. de J. N. G. & C.*
Sed an tale testamentum juxta statutum loci factum ef-
fectum quoq; habeat, quantum ad bona alibi sita, ubi se-
ptem testium numerus requiritur, quæritur? *Aff. arg. l.*
6. ff. de Eviction. l. in stipulationib. 34. ff. de R. J.

43. Et tantum de testium convocacione, sequitur
jam ipsius testatoris ultimæ voluntatis testatio, qua te-
stator coram rogatis & convocatis testibus, quid post
mortem suam fieri velit, exponit *l. omnium ibi auribus pri-*
vatorum C. de Testament. sitq; vel per scripturam, vel per
nuncupationem de quibus supra §. 10 & 12. diximus, ubi
repetantur, pergimus hic statim ad ipsum testationis
contextum.

44. Unico autem contextu & actu continuo te-
stamentum fieri debet *§. sed cum paulatim Instit. b. r. d. l.*
bas.

*hac. consultissima §. in omnibus C. de Testam. quia actus ci-
viles & solennes in jure sunt continui, alias enim duo
viderentur l. 1. §. 1. §. l. continuus ff. de V. O. Gotbfr. ad d. l. 1.
Giphan. in d. §. sed cum paulatim. Inst. hic.*

45. Contextus hic unicus tres habet partes, Unus
est ne actus alienus qui ad testandi actum nihil omnino
pertinet, intermiscatur l. heredes 21. §. 3 ff. *Qui testam.
fac. poss.* nimirum; inter subscriptionem & subſignatio-
nem, si testamentum in scriptis fiat, aut in Nuncupatio-
ne, si fiat sine scriptis. Non enim quæstio est de dictatio-
ne vel scriptione testamenti, quod etiam multo tempo-
re ante ipsum testandi actum fieri potest, sed de ipso
duntaxat testandi actu *Vult. pag. mibi 256. n. 31.*

46. Ejusmodi autem actus alienus, qui ad testa-
mentum non pertinet, est Contractus l. verba 20. ff. de V. S.
quare cum in testamento celebrari non posse statuimus,
cum *Vult. d. l. Vigil. in d. §. sed. cum paulatim. n. 5. Instit.
h. c. Fach. §. Controv. 32. Arum. Exerc. Justin. 7. d. 18. Ampliff.
Da Lindem. Exerc. Just. 3. tit. 10. d. 16.*

47. Altera pars est, ut omnes qui ad testandi actum
adhibentur, & testator & testes, in eodem loco simul ma-
neant, quoad suprema contestatio peragatur l. qui testa-
mento §. §. veteres 8. ff. *Qui testam. fac. poss. Bocer part. 1.
class. 3. Disp 2 b. 34.* Tertia & ultima est ut actus fiat uno
eodemq; tempore d. l. *hac. consultissima C. de Testament.
Vult. d. l. n. 33.*

48. Et hæc de Communi testamenti solennitate
dicta sufficient, sequitur solennitas testamenti propria,
puta, quæ vel ad solum testamentum scriptum vel ad so-
lum nuncupativum pertinet.

49. Scripti testamenti solennitas propria in tribus

B 3

confi-

consistit, quorum unum est Testatoris subscriptio; ut testator propria manu coram testibus in postrema instrumenti parte subscribat, aut si ipse scribere nequeat octavus subscriptor pro eo adhibeatur *d. l. hac consultissima C. de Testament.* Si vero testamentum manu testatoris est conscriptum, idque parte quadam testamenti adjectum, sufficit totius testamenti scriptura, nec alia subscriptio requiritur, ut patet ex nova Justiniani constitutione, quæ extat in *l. cum antiquitas 28. §. 1. C. de Testam. Duar. in tit. Qui test. fac. tit. de testam. in scriptis.*

50. Alterum est testium subscriptio, ut scilicet quilibet eorum propria manu nomen suum subscribat, *l. singulos 30. ff. Qui testam. fac. poss.* non enim sufficit ut unus pro altero scribere nesciente ascribat, nisi eo loco testamentum fiat, ubi literati homines raro inveniuntur, tunc enim literati testes pro ignorantibus literas præsentibus tamen, subscriptionem suam interponere possunt *l. fin. C. de Testam. Bocer. d. Disp. 9. 42.*

51. Tertium est; Testium consignatio, præter subscriptionem namque testium obsignatio quoque necessaria est, ut singuli proprio vel alieno annulo *καταμα* habente, uno etiam vel pluribus testamentum obsignent *§. possunt. Instit. b. t. l. ad testium 22. §. signum a. ff. Qui test. fac. poss.*

52. An vero & alio signo, præter annulum, characterem habente, testibus testamentum signare liceat; quaestionem habet non adeo expeditam, Nos signatorio annulo, si testes eo uti soleant, obsignandum esse testamentum, alioqui sigillum quodvis aliud consuetum sufficere putamus *d. l. ad testium §. signum autem 5. ff. d. l. ult. ad §. possunt autem n. 33. Inst. b. t. Bocer. d. Disp. 9. 43. Arum. d. Exerc. 9. 17.*

53. Et hæc testamenti scripti propria solennitas est. Nuncupativi solennitas propria, qua illud differt à testamento scripto, in duobus potissimum consistit: In nuncupatione scilicet ut maxime heredis, sic & ceteræ voluntatis integræ; *l. heredes 21. in pr. ff. Qui testam. fac. poss. §. fin. Inst. de Testam. Ordin.* & secundo in ea nuncupatione quæ fit coram ipsis convocatis septem testibus palam, ut testator à testibus de singulis testamenti capitibus clare audiri possit *d. l. heredes palam 21. l. hac consultissima §. per nuncupationem 2. l. jubemus vers. quemadmodum C. de Testam. Duaren. in tit. Qui testam. fac. poss. tit. de Nuncup. Testam. Vult. add. §. fin. n. 4. VVesenb. ibid. r. 2.*

54. Et tantum de testamentis quæ solenniter fiunt, vel in scriptis vel sine scriptis, jam de iis quæ minus solenniter fiunt, in quibus communis testamentorum observatio formalis aliquantum remittitur; & primo de Testamento militari: Miles enim in expeditione constitutus, quoquo modo de rebus suis, quid de iis post mortem suam fieri vult, disponere potest *pr. Inst. de Milit. Testam. l. 3 C. eod. l. 1. ff. eod.*

55. Et hæc testandi libertas in tribus potissimum conspicitur privilegiorum generibus, quorum primum est: immunitas à Juris solennium observatione *d. pr. Inst. b. t. d. l. 1. §. l. fin. ff. eod.* nam sola militis scriptura, etiam ea, qua sibi heredem in vagina aut clypeo, literis sanguine suo rutilantibus, annotaverit, aut in pulvere gladio suo inscripserit, testamenti vim obtinebit *l. milites 15. C. de milit. testam.*

56. Sine scriptis, aut in castris coram duobus testibus, ut de ipsius voluntate constare possit, testari etiam potest. *§. 1. Inst. b. t. l. ubi num. 12. ff. de Testib.* Ut vero testes

testes singulariter ad hoc rogentur necessarium non est modo aliunde constet rem serio agi *pr. Inst. ibi neg. aliam testamentorum solennitatem Inst. b. t. VVesenb. in §. plane. n. 1. Vigl. ibidem n. 5. Inst. eod.*

57. Alterum privilegij genus est: quod miles mutus & surdus testamentum jure militari facere possit *§. quinimo Instit. b. t. l. 4. ff. eodem.* quod tamen intelligendum de iis, qui loquendi facultate vel audiendi carent, propter aliquod infortunium. *Vigl. in §. quinimo num. 1. Instit. b. t. & ibidem Vult. Duaren. in comment. tit. de milit. testam. cap. 4.*

58. Tertium privilegij genus est, quod miles pro parte testatus pro parte intestatus decedere potest *§. hereditas Inst. de Hered. Instit. l. si miles 6. l. querebatur 19. l. si duobus 37. ff. de Testament. milit. l. 2. C. eod. Jul. Clar. in d. §. quest. 16.*

59. Jam quaeritur, an stationariis aut limitaneis militibus privilegium militariter testandi etiam concessum sit? Et negativa verior videtur *VVesenb. ad pr. Inst. b. t. n. 5.* nisi excubent in limitibus, tanquam in loco hostili, hostiumq; invasionibus obnoxio *Jul. Clar. d. §. quest. 15. n. 5. Bachov. ad Treutl. Diss. 10. §. 6. lit. c. part. 2.*

60. Numquid igitur & nostri temporis milites, veterum militum privilegiis fruuntur? adeoq; jure militari testandi facultatem habent? *Aff. arg. l. 3. C. b. t. Vigl. in Rubr. Inst. eod. n. 11. Arum. Exerc. Justin 7. §. 8.*

61. Sunt & alia minus solennis testamenti species, ex quibus proxime ad militate accedit testamentum factum ad pias causas; ubi vera est illa conclusio: quod & in hoc testamento non requirantur solennitates juris positivi, sed saltem, Juris Gentium. *Jul. Clar. in d. §. testam. quest. 6.*

quæst. 6. num. 1. inter alia enim duos tantum testes desiderat c. *relatum est extra de Testament.*

62. Testamentum etiam patris inter liberos valet, etiam si in eo non interveniant solennitates à Jure Civili requisitæ *l. hac consultissima §. ex imperfecto* imo absq̃ testibus manu patris scriptum subsistit. *Autb. quod sine C. de Testam. l. fin. C. Fam. Ercis.* idq̃ totum in favorem liberorum, quibus etiam jure naturali parentum hereditas debetur *Jul. Clar. in d. §. quæst. 8. n. 1. Cothm. Respons. 6. n. 22. vol. 1.* Imperfectum vero hoc testamentum dum vocatur, fit illud ratione solennitatis, non etiam voluntatis *Jul. clar. d. l. quæst. 9. n. 1. Facb. 4. Controv. 4.*

62. Et hæc vera sunt, quatenus concernunt interesse liberorum si vero in ipso testamento sit aliquid insertum, quod favorem aut commodum extranei alicujus concernat, illud non sustinetur, sed habetur pro non apposito, & illi quod relictum est liberis accrescit *d. l. hac. consultissima §. ex imperfecto. d. l. fin. C. fam. Ercis.*

64. Magna inter Interpretes concertatio est, An testamentum inter liberos inæqualiter factum viribus subsistat, nec ne? & nullarum esse virium acriter defendit *Cothm. Respons. 6. n. 19. 20. & seq.* quod tamen de enormi inæqualitate non etiam modica accipi oportet ut ibidem docet *n. 44. & 45.* Enormis autem inæqualitas non ea solum est si legitima sit diminuta, sed etsi portio Jure naturæ debita, usq̃ ad legitimam adimatur *Cothm. d. Respons. n. 46.*

65. Rusticis tandem, quibus ut in multis aliis legum subtilitatibus stricta observatio remissa est, & hic consultum, ut quinq̃ tantum testibus præsentibus, si plures haberi non poterunt testari possint, *l. fin. ibiq̃. Gothofr. C. de Testam.*

66. Et hæc in genere de testamentis dicta sufficiant, restat paucis dicere quibus testamenta facere non est permixsum iis enim cognitis, planum erit quibus sit testamenti factio *Vvesenb. in parat. ff. Qui testam. fac. poss. n. 13.* possunt autem testamentum facere omnes qui non prohibentur *l. 4. l. 19. ff. d. t.*

67. Prohibentur vero quidam Jure naturæ, quidam Jure Civili; Jure Naturæ; quod ad testandum inepti sint, ut impuberes §. *præterea Inst. Quib. non est permixsum. fac. testam. l. a. qua. etate s. ff. Qui testam. fac. poss. l. si frater 4. C. eod. licet sint Tribuni militum l. fin. C. de Testament. milit.*

68. Ad testandum eodem jure ineptus est furiosus, eo tempore quo furore corripitur *d. §. præterea l. filius familias 16. §. 1. ff. Qui testam. fac. poss.* si vero per id tempus, quo furor ejus intermissus est, perfecerit testamentum, & illa omnia accesserint, quæ in hujusmodi actibus legitima observatio requirit, jure testatus esse videtur *d. §. præterea l. furiosum C. Qui testam. fac. poss.*

69. Lege itidem naturæ ad testandum ineptus est mutus surdus natura, item mutus surdus ex casu si literas nesciat *l. discretis C. Qui testam. fac. poss.* Si quis tamen post testamentum factum, adversa valetudine aut quolibet alio casu mutus aut surdus esse caperit, ratum nihilominus permanet ejus testamentum §. *item surdus Inst. Quib. non est permixsum. fac. testam. d. h. qui in potestate §. 1. ff. Qui testam. fac. poss.*

70. Is qui tantum est surdus, sive ita natus (quod tamen raro contingit) sive factus, testamentum recte facere potest. *d. l. discretis versi. fin. autem infortunium.* at qui tantum est mutus natura vel ex accidenti. cum de-

mum

num testari poterit, si scribere sciat *d. l. discretis vers. fin.*
autem aures & hoc jus hodie ex ipsa lege habent, cum
olim ipsis à Principe impetrandum erat *l. si mutus 7. ff.*
Qui testam. fac. post.

71. Cæcus itidem testamentum facere non potest,
nisi per observationem à Justino præscriptam in *l. hac con-*
sultissima C. Qui testam. fac. poss. §. cæcus Inst. Quib. non est
permiss. fac. testament. quod autem vulgo dicitur; in hoc
testamento hære dis institutionem præponi debere lega-
tis, alioquin testamentum concidere, improbat *Viglius*
in d. §. cæcus n. 3.

72. Jure Civili vel legè testari prohibetur, inter
alias Filiusfamilias, adeo ut ne quidem accedente patris
consensu, rectè testetur *princ. Inst. Quib. non est permiss.*
l. qui in potestate 6. l. filiusfamilias 16. l. si filiusfamilias 19. ff.
Qui testam. fac. poss. licet donationem mortis causa, ut
actum privatum, expedire cum consensu patris valeat
l. tam is 25. §. 1. ff. de Donat. mort. causa Vigl. in princ. Instit.
Quib. non est permiss. n. 7, Ampliff. Dn. Lindem. d. Exercit.
sit. 12. §. 3.

73. De castrensi tamen vel quasi castrensi pecu-
lio filiusfamilias rectè testatur *§. fin Institut. de milit.*
testament. d. princ. Inst. Quib. non est permiss. fac. testament.
l. 2. ff. de Castrens. pecul. l. fin. C. de Inoff. testament. l. fin. C.
Qui testament. fac. poss. Vult. ad d. pr. Instit. num. 8. ibidem
Borch. num. 3. & 4. VVesemb. num. 7. in his enim pro pa-
trefamilias habetur & jus familiae obtinet. *l. 6. §. fin. ff. de*
Injust. rupt. & irrit. l. 2. ff. ad Sct. Macedon.

74. An vero de adventitiis pecuniis, in quibus pa-
rens usumfructum non habet, sed pleno jure ad ipsum
pertinent, testari possit, quæritur? *N. per l. per justa l.*
ult.

ult. C. Qui testament. fac. poss. princ. vers. prater hos igitur
Instit. ut. Quib. non est permiff. fac. testam. Jul. clar. in d. §.
quest. 18. num. 2. Vigl. in d. princ. num. 16. ibidem Vult. n. 11.
Vvesenb. num. 3. Ampliff. Dn. Lindem. d. Exerc. §. tit. 8. 6.
Facbin. 5. controvers. 94. Duaren. in comment. tit. Qui te-
stament. fac. poss. cap. de his qui testament. fac. poss. aut
non poss.

75. Servus quodq; ad testamentariam confectio-
nem non admittitur l. filiusfamilias 16. ff. Qui testament.
fac. poss. neq; captus ab hostibus §. fin. Instit. Quib. non est
permiff. fac. testament. Ejus tamen testamentum, ante
captivitatem factum, fictione juris subsistit & valet, &
quidem si redierit Jure postliminij, si vero apud hostes
decesserit, ex L. Cornelia. d. §. fin. l. lege Cornelia 12. ff.
Qui testam. fac. poss.

76. Deportati quoq; testamenti factionem non
habent hujus qui 8. §. 2. ff. Qui testament. fac. poss. Jul. clar.
in d. §. quest. 22. num. 1. neq; obsides nisi eis permittatur à
principe scilicet l. obsides 11. ff. d. t. vel jure togæ Romanæ
donarentur l. sed si accepto 32. ff. de Jure fisci Duar. d. l.
pag. 366.

77. Damnati ad mortem licet hodierno jure liber-
tatem retineant Novell. 22. c. 8. Auth. sed hodie C. de donat.
int. vir & uxor. nec bona eorum publicentur Auth. bona
damnatorum C. de bon. proscript. cum tamen d. auth. liber-
tatem testandi facultatem ipsis neutiquam attribuat, nec
lex ulla, testamenti factionem hoc casu permittens, ex-
tet, ideo nec hodie eam damnatis concessam esse dicen-
dum est Schneid. in §. fin. Institut. h. t. Arum. Exerc. ff. 17.
§. 5. Quamvis contrarium tanquam æquius de consue-
tudine receptum esse testetur Ampliff. Dn. Lindeman. d.
Exerc.

Exerc. § tit. 6. 12. & ab hac consuetudine non esse recedendum, licet testamenta talia de jure parum vel nihil valeant, monet *Jul. Clar. in d. §. testamentum quest. 21. num. 1.*

78. Item Prodigus cui bonorum suorum administratio interdicta est, testamentum facere non potest, si tamen indictione vetustius habuerit testamentum, hoc valebit *§. item prodigus Institut. h. t. l. is cui 18. in prin. ff. Qui testament. fac. poss. Jul. clar. in d. §. quest. 33.* Hic enim bonis suis sine omni judicio utitur; dum neq̄ finem neq̄ tempus expensarum habet, sed bona sua dilacerando & dissipando profundit *l. 1. ff. de Curat. furios.*

79. Prohibentur tandem & lege Civili testari, qui à lege ita ob delictum notantur, ut nominatim intestabiles esse jubentur; quales sunt qui vetitas & incestas nuptias contraxerunt *l. 6. C. de Incest. & Inut. Nupt.* item qui ob crimen famosum damnati sunt *d. l. is cui 18. §. fin. ff. Qui testament. fac. poss. l. ob crimen 21. in prin. ff. de Testib.*

80. Hinc notandum: quod si quis testamentum faciat, qui ex prædicta aliqua causa jus testandi non habet, licet postea, impeditenti causa remota, decedat, nihilominus tamen ejus testamentum inutile manet *l. 1. §. exigit Prator 8. vers. proinde & seq. ff. de Bonor. poss. secundum tab.* quod enim ab initio vitiosum, tractu temporis convalescere non potest *l. quod initio 29 l. quæ ab initio 210. ff. de R. J.*

81. Testamentum tamen quod ab eo factum est qui habuit testamenti factionem, licet is postea in eum incidat casum, quo Jus testandi amittat, veluti si furio-

1
sus efficiatur, vel mutus surdus fiat, saluum et utile ma-
net §. furiosi a. §. item Prodigus Institut. Quib. non est per-
miss. l. 1. §. si quis autem 9. ff. de Bon. poss. secund. tab. l. is cui
18. in princ. l. qui in potestate 6. §. 1. ff. Qui testament. fac.
poss. quod tamen aliter se habet, si post testamentum fa-
ctum, testator capite minutus fuerit, nam capitis mi-
nutio testatoris testamentum irritum efficit l. si quis 6. §.
irritum 5. ff. de Injust. rupt. & irrit. §. alio autem 4. §. non
tamen 6. in fin. Inst. Quib. mod. testam. infirm.

COROLLARIA.

I.

Sub Constitutione Pacificatæ Religio-
nis Anno 1555. in Comitijis Augustanis
promulgata non comprehenduntur Cal-
viniani.

II.

Legatum sub conditione religionis Pon-
tificiæ amplectendæ relictum, eâ neglectâ,
peti non posse exercitij gratia defende-
mus.

III.

Particularem solutionem, utpote quæ
non

non minima incommoda habeat, credito-
ri invito obtrudi jus nostrum non patitur.

IV.

Hodie datus extraneo in adoptionem,
in familiam ejus transit.

V.

Legitimi tutores æque se excusare pos-
sunt quam reliqui.

VI.

Pacta in Continenti adjecta contractui
stricti juris, insunt, actionemque produ-
cunt.



107

non minus incognita habere credio
tunc loquatur de solitudine patris

VI

Hodie dicitur exarato in adorationem
in faciliam eius etiam

V

Legimus tunc etiam exarato per
in faciliam eius etiam

IV

Patris in Gubernatione etiam
fieri tunc, illud, et omnia pro-

ant



Exerc. & tit. 6. 12. & ab hac consuetudine, licet testamenta talia de jure valeant, monet Jul. Clar. in d. §. test. num. 1.

78. Item Prodigus cui bonorum administratio interdicta est, testamentum factum tamen indictione vetustius habuerit tamen valebit *§. item prodigus Institut. b. t. l. Qui testament. fac. poss. Jul. clar. in d.* enim bonis suis sine omni judicio et finem neque tempus expensarum habet dilacerando & dissipando profundius furiosus.

79. Prohibentur tandem & leges à lege ita ob delictum notantur, ut nuptiales esse jubentur; quales sunt qui nuptias contraxerunt *l. 6. C. de Incest. & qui ob crimen famosum damnati sunt. ff. Qui testament. fac. poss. l. ob crimen de Testib.*

80. Hinc notandum: quod si quis faciat, qui ex predicta aliqua causa jubetur, licet postea, impedimenti causa nihilominus tamen ejus testamentum *§. exigit Prator §. vers. proinde & seq. secundum tab.* quod enim ab initio vitio poris convalescere non potest *l. quod initio 210. ff. de R. J.*

81. Testamentum tamen quod qui habuit testamenti factionem, licet incidat casum, quo Jus testandi amittitur



re-
el nihil
ast. 21.
Admini-
test, si
, hoc
rin. ff.
Hic
neq;
na sua
Curat.
ri, qui
testa-
ccestas
item
18. §.
inc. ff.
ntum
on ha-
cedat,
et l. 1.
off. se-
rem-
que ab
m est
a eum
furio-
sus